

**315** imp. Caesari divi Traiani | Parthici f., divi Nervae nep., | Traiano Hadriano Aug. p. m., | tr. p. XVI<sup>1</sup>, cos. III, p. p., Olympio<sup>2</sup> ob | multa beneficia quae viritim | quae publice praestitit, resti|tutori coloniae suae, Troadenses | per legatos M. Servilium Tutilium | Paulum et L. Vedumnium Aulum.<sup>3</sup> | *Τρωαδέων*.<sup>4</sup>

*Athenis rep. a. 1886 (III S. 7282).* — 1) *Dec. 131/2. Simul positae sunt Hadriano et Latinae dedicationes nonnullae et Graecae complures (C. I. Alt. III 477 seq.).* — 2) *Olympius dictus Hadrianus passim in titulis Graeciae.* — 3) *Haec verba (inde a per legatos) diversa manu adiecta.* — 4) *Similiter in basi III S. 7281 posita a colonia Diensium in fine scriptum est: Διεστών.*

**316** imp. Caes. divi Traiani | Part. f., divi Nervae n., | Traianus Hadrianus Aug. | pont. max., trib. pot. XX<sup>1</sup>, cos. III, p. p., | I. s. m. r.<sup>2</sup> statuam ex donis aureis | et arg. vetustate corruptis | fieri et consecrari iussit | ex auri p. III ~<sup>3</sup> et arg. p. CCVI ~

*Januvii rep., nunc Romae (XIV 2088).* — 1) *Dec. 135/136.* — 2) *Iunoni Sospiti matri reginae.* — 3) *Ex auri pondo (libris) tribus uncia una.*

**317** imp. Caesar divi Traiani | Parthici f. divi Nervae n. | Traianus Hadrianus | Aug. pontif. max., trib. pot. XX<sup>1</sup>, | imp. II<sup>2</sup>, cos. III, p. p., | augurato[rium] dilaps. | a solo pe[c. sua restitu]it.

*Romae, adhibita medio aevo in pavimento ecclesiae Lateranensis (VI 976 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Dec. 135/136.* — 2) *Imperator iterum Hadrianus appellatus est sub finem demum imperii, certe post d. 15 Sept. 134 (III p. 878).*

**318** ... [ob libe]ralitates<sup>1</sup> pub[lic.]<sup>2</sup> ... | [imp. Caes. T]raiani Hadria[ni Aug. | pont. max., trib. pot. X]X<sup>3</sup>, cos. III, p. p., im[p. II erg]a prov[in]ciam] Hispaniam Baetica[m, ex a. d.] III id. Aug. Q. A[quilio Nigro M.] Rebilio Aproniano cos.<sup>4</sup>, in a. [d. X]III k. Ian. [L. Tutilio Luperco P. Calpurnio Atiliano cos.<sup>5</sup>

*Tibure fragmenta duo, alterum rep. saeculo superiore, alterum a. 1887 (XIV 4235).* — 1) *Agitur de liberalitatibus collatis ab Hadriano in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus erat, inde ab eo die quo imperium suscepit (v. not. 4) usque ad tempus praesens (cf. not. 5).* — 2) *Lapis admittit etiam PVE ..., ut fuerit pueri et significetur institutio alimentaria.* — 3) *10 Dec. 135/136.* — 4) *A. 117, quo anno a. d. III idus Aug. natalis imperii erat Hadriano, cf. vit. Hadr. c. 4.* — 5) *A. 135, quo anno d. 19 Dec. vel etiam 29 Dec. scriptus hic videtur titulus.*

**319** imp. Caes. | Traiano | Hadriano | Aug. p. p., trib. pot. | XXI, cos. III, imp. II<sup>1</sup>, | L. Aelius Caes. fil.<sup>2</sup>, | trib. potes., cos. II<sup>3</sup>, | procos., XVvir | sacris faciund.

*Raab in Hungaria, ubi fuit Arrabona provinciae Pannoniae superioris (III 4366 ad exemplum Bongarsii factum a. 1585).* — 1) *Dec. 136/7.* — 2) *Est L. Ceionius Commodus, adoptatus ab Hadriano non in praetura, ut voluit auctor vitarum Hadr. c. 25 et Veri c. 5, sed in priore consulatu a. 136, indeque dictus L. Aelius Caesar, et mox Pannoniis dux ac rector impositus' (vit. Veri 3 cf. vit. Hadr. l. c.), non legati loco,*